



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

FRANCISCI|| XAVERII EPISTOLA-||RVM LIBRI|| QVATVOR||

Francisco <de Javier>

Mogvntiæ, 1600

VD16 J 197

Iacobo Pereriæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43721

vitium esse dicimus, quod s̄epe est incuria,
ac negligentia ita Dei, ac nostri obliuionem
naturae conditione, tanquam velo quodam
obtendimus. Sed Deus non irridetur, aut falli-
tur. Noli per DEVM immortalem, cum Ma-
gistratibus, quamvis multis, ac magnis la-
cessitus iniuriis, suscipere simultatem. Sic
enim habeto, eiusmodi dissidiis multos ac
magnos animorum fructus interire, quos e-
rat latura concordia. Ego Sinas repeto. Deus
tecum maneat, me comitetur, ac demū nos
transferat in domicilium beatorum. Idib.
Apr.M.D.LII. Goz.

Iacobo Pereriae. Epist. XI.

*Humilitas
eximia.*

QVONIAM meorum delictorum ma-
gnitudine factum est, vt nobis ambo-
bus Deus ad Sinicam expeditionem vti no-
luerit; omnis culpa conferenda est in mea
peccata: quæ quidem tanta, ac tam grauia
fuerunt, vt non mihi solum obfuerint, sed
etiam tibi, itemque tuis negotiis, ac pecu-
niis, quas in legationis apparatus contuli-
sti. Veruntamen Deus conscius est meæ erga
se, teque voluntatis, quæ nisi rectissima fu-
set, nunc yisque acerbiorem animo caperem
dolorem. Ego iam nauim conserendum. ibi
profectionis tempus exspectabo; vt scilicet
oculos fugiam tuorum, qui ad me flentes
identidem adeunt: seque impedita legatio-
ne, per-

ne, perditos miserabiliter queruntur. Deus ignoscat ei, qui tot, tantorumque malorum causam sustinet. Vnum oro, ne me conuenias, tuaque calamitate, ac dolore mœrorem augeas meum. Quanquam cōfido id ipsum incommodum tibi emolumento futurum. Neque enim dubito, quin Rex (vti ab eo per litteras petij) debita præmia sit persoluturus egregiæ tuæ erga Christi religionem voluntati. Præfectum quoniam nostrum iter tam appositum ad rei Christianæ amplificatione impedire non dubitauit, valere iussi. Deus homini ignoscat. Evidem eius vicem doleo: longe enim grauiores pœnas datus est, quam ipse vñquam putarit. Dominus noster tuę salutis custos, idemque mei huius conatus & dux sit, & comes. Amen. Ex ædibus nostris Malacensibus tuam nauim consensurus. VII. Kal. Iulias M. D. LII.

Eidem. Epist. XII.

MA G N V M tui desiderium, quod ex af fidua tui memoria capio, incredibilem mihi solitudinem parit, quod te in terra pene pestilenti reliquerim. Hic in tua nau perbenigne tuo beneficio tractor: mihi que ac meis comitibus res necessariæ suppeditatur. Etsi eomites quidem mei ita ægri sunt, ut quotidie morbus ingrauescat, non sine maxima mea molestia. Deo ybiq; gratia, in cœlo, &